

13. *An habeamus communionem cum corpore & sanguine Christi?* Sic est, quatenus videlicet illa sunt data pro nobis. Itaque hæc communion non est quantum ad naturæ consequentiam, sed quantum ad munificis gratiam.

14. *An communio sanctorum sit eterna?*
Affirmatur de statu gloriæ.

CAPUT XXXII.

De Justificatione.

I.

Quid sit iustificare? Vox hæc Ciceroni & alijs prioribus purioribusq; linguae Latinæ authoribus prorsus ignota, theologiae est usitatissima. Significat autem, si notationem & analogiam species, justum facere, ut sanctificare, sanctum facere; & disificare, & des facere. At si usum respicias, significatio hujus vocis est forensis, & idem est, quod justum censere, reputare, & pronuntiare.

2. *An iustificatio & remissio peccatorum sint unum?* Si iustificatio consideretur in latitudine sua, statuitur iheresis negativa. Nam si Adam persistisset in primæua sua integritate, utique justificatus fuisset citra remissionem peccatorum. Itaque iustificatio le-

K 6 galis